

## **ULTIMA VOLUNTAS AD CLARAM EN SORORES [UltVol]**

[«Et ut nusquam declinaremus a sanctissima paupertate quam cepimus, nec etiam que post nos venture essent, paulo ante obitum suum iterum scripsit nobis ultimam voluntatem suam dicens:]

<sup>1</sup> Ego frater Franciscus parvulus volo sequi vitam et paupertatem altissimi Domini nostri Jesu Christi et eius sanctissime matris, et perseverare in ea usque in finem (cfr. Mt 10,22). <sup>2</sup> Et rogo vos, dominas meas, et consilium do vobis, ut in ista sanctissima vita et paupertate semper vivatis. <sup>3</sup> Et custodite vos multum ne doctrina vel consilio alicuius ab ipsa in perpetuum ulla tenus recedatis» (ReCl 6,6-9).